

reperiā, siue ipse, siue alter, siue quispiam
de alieno liberalis fuerit, proprio tamen
auctori surripienda non arbitror. Sun^t
tamen huiusmodi:

*Multum consilium est, quod mutari non
potest.*

*Beneficium dando accepit quod digno de-
dit.*

Feras, non culpes, quod mutari non potest.

*Cui plus licet quam par est, plus vult quam
licet.*

Comes facundus in via pro vehiculo est.

Hæredis fletus, sub persona risus est.

Furor fit, læsa saepius patientia.

*Improbè Neptunum accusat, qui iterum
nausfragium facit.*

Nimium altercando veritas amittitur.

*Pars beneficii est, quo petitur si citò me-
ges.*

*Veterem ferendo iniuriam inuitas no-
nam.*

*Nunquam periculum sine periclo vinci-
tur.*

Frugalitas miseria est rumoris boni.

*Ita amicum habeas, ut hunc posse fieri ini-
micum putas.*

*Hæc Publij sunt sententiae, in quarum
singulis aliquantisper infistere non gra-
uarer,*